



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**IN NOMINE DOMINI AMEN. Tenore præsen||tis publici
Instrumenti cunctís idipsum uisuris seu legi auditoris
pateat || euidenter, & sit notum, Quod anno Domini
Millesimo, Quingentesimo,|| ...**

Diözese Köln

[Köln?], [1544]

urn:nbn:de:hbz:466:1-35005



Th. 1440a.

1. Caroli V edictum ꝑ. novatores. Worms 1521
2. —"— Befehl von dem Cölnen Dno
Sudf. Kol. Lönig zu bliben C. 1544,
3. Befehl des Cölnen Dns Capitel zu C. 1544
4. Derselben manuskript von dem Cölnen Dno
Judicium abzugeben, mit
demselben verbunden.
5. Appellatio Coloniensium in @ Relig. 44
6. Dns Capitel von dem Cölnen Dno. 25 Oct. 44,
7. Citatio Imperatoris ꝑ. Archiep. Col. 45
8. Appellatio Archiepiscopali.
9. Citatio Curie Rom. ꝑ. Archiep.
10. Responsio cleri Col ꝑ. appel. Archiep.
11. Caroli V. Displicuit für Cöln.
12. Jo Cochleus ad Caput. col. 1. Aug 45.
13. Herm Archiep. ad Wormatenenses
14. idem ad Imp. Carolum V.
14. Cochleus pro Roffensi et Thoma
Moro
15. Capitel zu C von dem Dno Imperat. 8 Aug 45
16. Derselben von dem Dno Archiep. Cölnen
17 Nov 45

Die alte Nummerierung ist falsch.

Insgesamt 30 Stücke

Dr. Meißner, Bonn
April 1957

17. Act. Decapitalz C. protokol
gegen die Herren Leyden, 7 Dec. 45

18. Sententia Nuntii ap. pro
Capitulo V. Decasum.

19. Instruktion der drei weltlichen
Herren von der Decapital
und der Herr Archidiacon.

44
 8 96a
IN NOMINE DOMINI AMEN. Tenore præsen-
 tis publici Instrumenti cunctis id ipsum uisuris seu legi auditis pateat
 euidenter, & sit notum, Quod anno Domini Millesimo, Quingentesimo,
 Quadragesimo quarto, Indictione tertia, secundum usum, stilum & scriben-
 di consuetudinem Ciuitatis & Diocesis Colonien. die uero Sabbati, octa-
 ua Mensis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & do-
 mini nostri, domini Pauli, Diuina prouidentia Papæ tertij, anno undecimo.
 Imperij autem Sacratissimi & Inuictissimi Principis & domini, domini
 Caroli, huius nominis quinti Romanorum Imperatoris, semper Augusti,
 ac Hispaniarum Regis Catholici & c. Domini nostri clementissimi, an-
 no uicesimo quarto, In meo Notarij publici, testiumq; infrascriptorum ad
 hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia, ad infrascripta gerē-
 da & agenda, personaliter constituti Venerabiles & honorabiles domini
 Decanus & Capitulum ecclesie sancti. N. per organum uenerabilis domi-
 ni. N. enarrari & exponi fecerunt, qualiter Reuerendum & Insigne Cas-
 pitulum ecclesie metropolitanae Colonien. ipsis quoddam autenticum Ex-
 emplar cuiusdam publici Instrumenti Prouocationis & Appellationis a qu-
 busdam longe maximis & intolerabilibus grauaminibus, præfatis Capitu-
 lo, Clero & Vniuersitati Ciuitatis, imo toti Clero Diocesis Colonien.
 per Reuerendiss. in Christo patrem & dominum nostrum, dominum Hermannum
 sanctæ Colonien. Ecclesie Archiepiscopum, Principem Electorem & c.
 illatis & inferendis, & inferri comminatis, interpositæ, una cum suis lite-
 ris eorum sigillo autentico communitis, transuaserint & intimaerint, ip-
 sosq; ulterius serio hortari & requiri fecerint, ut memorata Appellati-
 onis, ueluti sana membra unius eiusdemq; corporis decet, adhererent, eamq;
 una cum illis donec Reuerendiss. dominus noster Archiepiscopus antedi-
 ctus iamdicta grauamina sustulerit prosequerentur. Cuius quidem Instru-
 menti principium & finis cum totali eius subscriptione sequuntur per or-
 dinem. **IN NOMINE DOMINI AMEN.** Nouerint uniuersi præsentis literas inspecturi, Quod anno & c. Finis uero talis:
 Subijciens me & c. Ita subscriptum: Et ego Thielmannus Grauius, Cle-
 ricus Colonien. publicus sacris Apostolica & Imperiali autoritatibus
 Notarius, & Capituli Metropolitanae Colonien. Ecclesie Secretarius.
 iuratus. Quia prædictæ Appellationis, coram præfato Reuerendo & Il-
 lustrissimo Principe, domino Georgio Duce, Præposito & Cancellario,
 in præsentia dominorum prædictorum Interpositioni ac Prouocationi &
 Appellationi, Apostolorumq; petitioni, & testimoniali iudicationi, omni-
 busq; alijs & singulis præmissis, dum sic ut præmittitur fierent & ageren-
 tur, una cum testibus prænominatis interfui, eaq; omnia & singula sic fieri


uidi & audiui, ac partim peregi. Ideo hoc praesens publicum Instrumentum in quatuor folijs precedentibus (me interim aliunde legitime praepedito) fideliter conscriptum, exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoq; nomine & cognomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus pariter & in uim iuramenti mei, Reuerendis & Illustribus ac eximijs dominis meis de Capitulo Colonien. Ecclesiae praedictae olim praestiti, serio admonitus & requisitus, In fidem & testimonium omnium singulorum praemissorum. Considerantes itaq; praefati domini Decani, & Capitulum, uti per organum praefati domini N. subiunxerunt eiusmodi Appellationem ex iustis, legitimis, urgentibus, & ineuitabilibus causis interpositam, eandemq; etiam interpositionem & prosecutionem non minus ipsis q; praefato insigni Capitulo, Clero & Vniuersitati Ciuitatis Colonien. ad occurrendum grauaminibus in eadem narratis & contentis necessariam: uolentesq; propterea memoratae pia adhortationi & requisitioni (ut decet) parere & obtemperare, ulterius omnes & singuli dixerunt, & quilibet eorum dixit, se eiusmodi Appellationi tanquam iustae, rationabili, legitima & necessaria (citra tamen Reuerendiss. domini nostri Archiepiscopi Colonien. antedicti, & alterius cuiuscumq; iniuriam & contumeliam, de quo solenniter & expresse protestabantur) adhaerere, eademq; una cum praefatis Capitulo, Clero & Vniuersitate, pro suo interesse, coram sanctissimo domino nostro Papa, & sacratissima Caesarea Maiestate, & eorum quolibet prosequi uelle, prout etiam euestigio eisdem Appellationi infra decem dies a die noticiae (uti dixerunt) omnibus melioribus modo, uia, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, expresse adhaeserunt, & quilibet eorum adhaesit, seq; adhaerere dixerunt expresse. Necnon & ulterius similibus modo & forma melioribus, quibus potuerunt & debuerunt, fecerunt, constituerunt, crearunt, & solenniter ordinarunt, suos ueros, certos, legitimos & indubitatos Syndicos siue Procuratores, actores, factores, & negotiorum suorum infra scriptorum gestores ac nuncios speciales & generales: Ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, Videlicet uenerabiles, egregios & eximios, necnon honorabiles & prouidos uiros dominos & magistros, Aloisium de Aragonia, Aduocatum Consistorialem, Ciuem Romanum: Ioannem Lemmeken Iuriu Doctorem, in Romana curia causarum Procuratorem: Ioannem Homini, audientiae litterarum contradictarum Notarium & Scribam, Canonicum Cathedralis ecclesiae Sarnensis: Hericum de Wilshusen, & Gosuwinum de Venrade, almae Vniuersitatis studij generalis Colonien. Pedellos iuratos: & Franciscum de Hodegia, sancti Cuniberti, & Rutgerum Postell, diui Gereonis Collegiarum eccle


fiarum Colonien. Vicarios: necnon Ioannem Reynen, ceterosq; Curiarum
& locorum Bruxellen. & Mechlinien. causarum Procuratores, omnesq;
etiam & singulos Syndicos siue Procuratores, per præfatos Capitulum,
Clerum & Vniuersitatem, ad prosequendum Appellationem prædictam
quomodolibet constitutos: Dantes & concedentes eisdem, & eorum cuius
bet omnem potestatem & facultatem agendi, procurandi, gerendi, exercens
di & faciendi, omnia & singula quæ uigore Syndicatus seu Procuratio
nis mandati seu constitutionis per præfatos Capitulum, Clerum & Vni
uersitatem factorum, gerere & facere possunt & debent: Cum potestate
substituendi unum uel plures Syndicum seu Procuratorem, & seu Syndicos
siue Procuratores, & eosdem ac quemlibet eorum rursus reuocandi, &
onus procurationis huiusmodi in se iterum reassumendi. Promittentes insu
per præfati domini adhaerentes & constituentes, & quilibet eorum promi
sit mihi Notario publico infra scripto, tanq; publica & authentica perso
na, solemniter stipulanti & recipienti, uice & nomine omnium & singulo
rum quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet, in futu
rum seratum, gratum atq; firmiter perpetuo habituros, totum id quicquid p
dictos eorum Syndicos seu Procuratores constitutos & substituendos ab eis
seu eorum altero, actum, dictum, gestum, procuratum, factiue fuerit in præ
missis seu aliquo præmissorum. Releuantes nihilominus & releuare uolens
tes præfatos Syndicos & seu Procuratores suos ab omni onere satisfaciendi,
iudicioq; sisti, & iudicatum solui, Cum omnibus & singulis clausulis neces
sarijs & opportunis, sub hypoteca & obligatione omnium & singulorum
bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac
sub omni alia iuris & facti renunciatione adhæc necessaria pariter & cau
tela. De & super quibus omnibus & singulis præmissis ijdem Domini con
stituentes sibi a me Notario publico infra scripto, unum uel plura, publicum
seu publica fieri, confici atq; tradi petierunt Instrumentum & Instrumenta,
in meliori forma. Acta fuerunt & sunt hæc ante locum seu Cameram Ca
pitularem Ecclesiæ Metropolitanæ antedictæ, sub anno Domini, Indictis
one, Die, Mense, Hora, Pötificatu & Imperio Romano prædictis. Præ
sentibus ibidem prouidis & discretis uiris. N. & N. testibus, ad præmis
sa uocatis pariter atq; rogatis.


Et ego. N. publicus & c.


[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, illegible text at the bottom of the page]









E
189

VI 7 II
Th
1440a